

Mythologia, Padoue, 1616 - 76 :

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, *Nove Imagini degli dei (Padoue)*

[Nove Imagini, Padoue, 1615 - Annot. 15](#) : a pour reproduction ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia* Padoue, 1616 - 76 :, 1616

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7795>

Présentation du document

Publication *Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrum Paulum Tozzium, ex typographico Laurentij Pasquati, 1616

Exemplaire HathiTrust : Getty Research Institute -

<https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830>

Formatin-4

Paginationp. 295

Exposition virtuelle [La "Mythologie" et ses gravures](#)

Notice créée par [Maria Laura Cucciniello](#) Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024



Cum vero omnia corpora naturalia, omniaque elementa ex se invicem gignantur, quibus omnibus propè sedes est Tellus, eam merito Deorum ac hominum matrem vocarunt, ut testatur in his Orpheus:

Γαῖα θεὰ, μήτηρ μακάρων, θνητῶντ' ἀνθρώπων.

Alma Deum mater Tellus, materq; vivorum.

Sic etiam Apollonius libro tertio Argonauticorum:

Γαῖα θεῶν μήτηρ, ὅσων σθένος ἐστὶν ἑμοῖο.

Alma parens supernis Tellus, mea robora quanta.

Fuit autem Tellus inter Deos terrestres & inferos existimata, ut scriptum reliquit Aeschylus in Persis:

ἀλλὰ χθόνιοι δαίμονες ἀγνοῖ

Γῆτι, καὶ ἔρμηθ', βασιλεῦτ' ἐνέρον.

Sed ÷ terrestres daemones pueri

Tellus, Mercuriū, Rex ἔν' inferum.

Hæc regina etiam vocata fuit, ut scripsit Eurip. in Electra:

σὺτ' ἄκρον γῆς ἀνοσίως οἰκῶν πάτερ,

ἢ γῆτ' ἢ πᾶσι, χθόνος ἢ δ' ἰδωμ' ἐμας.

Et tu pater locos profanos incolens

Telluris ac Reginae Tellus cui manus Trado.

Fuit præterea multis nominibus appellata, ut ait Aeschylus in Prometheus, quam etiam fatidicam dixit in his:

ἀλλὰ ἐξ ἧς αὖ πολλῶν ὀνομάτων, μορφή μίαν τὸ μέλλον ἢ κραικοῖτο πρόθεσπι κεῖ.

Sed Tellus multorum nominum, facies una,

Futurum quæ fieret variata est.

Memoriae prodidit Pausanias in Phocicis Tellurem primum Delphinis responsa dedisse: atque Daphnen delegisse sibi sacerdotem: deinde cessasse illa sedem, atque oraculorum locum dono dedisse Themidi, quæ postea illum Apollini reliquit. hæc causa fuit etiam cur magis Dea vocaretur, ut idem ait in Atticis. Fabulantur huius fuisse filium Diophorum qui, ut ait Sostriatus in introductione historię fabulosæ, filiiu Michæ optavit, genus feminæum auersatus, atque petram quandam calefaciens ex ea granida facta post terminatū tempus inueniem suscepit Diophorum nomine. ille vir factus Matrem in certamen de virtute prouocauit, atque interfectus in montem sui nominis consilio Deorum est conuersus. Hanc etiam Cererem vocari præterea scripsit ita Euripides in Bacchis:

— δημίτηρ θεὰ

Γῆδ' ἐστίν, ὄνο μὲδ', ὁπότερον βέλη, καί τις

— Ceres Dea est

Tellus, utram magis libet voces licet.

Huic Deæ mos fuit apud antiquos agrum vigram immolari, ut testatur, Homerus libro tertio Iliadis:



οἰσετιδ'